

### **Anni 2011- 2013**

#### (1) Questionario per l'ammissione

- 1) Breve definizione del concetto di feudo; la constitutio de feudis
- 2) I principali avvenimenti del periodo della lotta per le investiture
- 3) L'Europa all'indomani della scoperta dell'America
- 4) Cenni sulla codificazione napoleonica
- 5) L'8 settembre 1943

#### De mercatoribus et campsoribus fallutis capiendis per Senatorem

Senator teneatur mercatores seu campsores seu zecherios qui aliquo tempore dicti fuerint falliti capere personaliter seu capi facere et carceratos et compeditos retinere, et assignare ipsis terminum unius mensis infra quem ipsi mercatores seu campsores satisfecerint eorum creditoribus et liberentur a predictis. Alioquin faciant ipsos detinere usque ad mortem et eorum filios masculos, qui essent maiores .XIII. annis tempore fallimenti predicti quorum mortui sunt parentes, qui sunt heredes vel successores predictorum, simili modo capiat et capi faciat, et captivos detinere faciat donec paternis creditoribus sit de eorum creditis satisfactum. Qui vero essent impuberes tempore dicti fallimenti non capiantur nec detineantur modo predicto; sed bona ipsorum mercatorum seu campsorum et ipsorum possessionem assignet et assignari faciat libere predictis creditoribus donec satisfaciat eisdem.

### **Anni 2011- 2013**

#### (2) Questionario per l'ammissione

- 1) Breve sintesi delle vicende del dominio longobardo in Italia; l'editto di Rotari.
- 2) Cenni sui Comuni italiani tra XII e XIII secolo
- 3) La riforma protestante
- 4) Principali caratteri dello Statuto albertino
- 5) Il 2 giugno 1946

Qualiter procedatur contra mulierem accusatam vel inquisitam

Mulier accusata vel inquisita de levibus criminibus aut vadat personaliter ad respondendum ad ecclesiam Sancte Marie de Araceli, aut si voluerit notarius maleficiorum vadat ad domum eius ad recipiendam responsionem, qui pro viatico duos sollidos dumtaxat recipiat; pro gravioribus autem delictis ad dictam ecclesiam teneatur ire et ante vel extra dictam ecclesiam respondere accusationi contra eam factae; in utroque tamen casu per idoneos fideiussores cavere teneatur et debeat de condempnatione solvenda, si de criminibus de quibus accusatur vel inquiritur mere pena pecuniaria per statutum veniat imponenda. Si autem capitalis vel corporalis, (...) retineatur et recommendetur in aliquo monasterio religiosarum, prestitis tamen fideiussoribus quod de dicto monasterio non discedat (...) et si tales fideiussores habere non possit procuret cum abbadissa et conventu ipsius monasterii quod promictat eam cum tali diligentia custodire.

### **Anni 2011- 2013**

(3) Questionario per l'ammissione

- 1) Carlo Magno; i capitolari
- 2) I Parlamenti medievali
- 3) La guerra dei trent'anni
- 4) Il Congresso di Vienna
- 5) Il 25 luglio 1943

De scoriatoribus arborum

Item statuimus et ordinamus quod nullus de cetero scorticet vel incidat vel scoriari seu scorticari faciat vel auferri faciat per se vel per alium seu alios aliquam arborem seu arbores alienas fructiferas vel silvestres sive sint in locis cultis sive incultis, sive in domibus sive in campis, sine voluntate domini et licentia cuius est arbor. Et si quis inventus fuerit incidere vel scorticare dictas arbores seu arborem sine licentia eius cuius est seu sint, puniatur qualibet vice in .C. solidis et nichilominus

teneatur dampnum emendare patienti. Liceat illi cui dampnum illatum est a dicto malefactore penes quem invente fuerint cortices dictarum arborum auferre ubicumque, propria auctoritate sine licentia curie, cortices dictarum arborum (...) et si quis venditor corticum arborum probare non poterit se licite cortices predictas fecisse et habuisse quas vendidit seu vendiderit, puniatur tamquam inventus fuerit dampnum facere supradictum.

### **Anni 2013- 2015**

Questionario per l'ammissione

La crisi del Comune e lo sviluppo delle Signorie  
Papato e Impero in lotta per la supremazia politica  
Breve sintesi delle vicende del dominio longobardo in Italia; l'editto di Rotari.  
Cenni sui Comuni italiani tra XII e XIII secolo  
I Parlamenti medievali  
Carlo Magno; i capitolari

Brevi note sulla Riforma protestante  
Brevi note sulla Controriforma cattolica  
La guerra dei trent'anni  
Il riformismo illuministico  
La Codificazione napoleonica

Il territorio italiano dopo il Congresso di Vienna  
L'Italia nel 1861

La "marcia su Roma"  
L'occupazione tedesca in Italia  
Principali caratteri dello Statuto albertino  
Il 2 giugno 1946  
Il 25 luglio 1943

### **De mercatoribus et ferrariis**

Nullus mercator teneat apothecam apertam nec vendat suas merces in diebus dominicis in festivitibus apostolorum, quattuor festivitatum Beate Marie Virginis, exceptis diebus infrascriptis in quibus possint retinere aperta.

Scilicet in die dominico Palmarum in festo assumptionis Beate Marie de mense augusti, in festo Sancti Spiritus et in ascensione Domini, in festo Sancti Petri ad Vincula, et tempore generalium indulgentiarum Urbis, et salvo quod

apothecae in quibus habitant continue que possint tenere aperte, et qui contrafecerit solvat pro pena xx. solidos prov. Et qui accusaverit delinquentem in predictis habeat medietatem pene, salvo quod quilibet specarius pro infirmis possit vendere omnia necessaria pro dictis infirmis et que sunt necessaria in funere defunctorum. Et idem intelligatur de marescalcis et ferrariis pro necessitatibus bestiarum.

### **Proicientibus immundicias in viis publicis**

Nemo proiciat mortuatam vel consaturam coraminis seu aliam immundiciam seu proiciat faciat in aliqua platea seu via publica Urbis nisi in flumine tantum, cum aerem inficiat et conturbet et qui contrafecerit puniatur in .xx. solidos prov. Et nulla persona proiciat stabium vel aliam immundiciam in solo seu casalino alterius, et qui contrafecerit solvat qualibet vice .x. solidos prov. et hoc capitulum bandiatur, de qua pena medietas sit Camere et alia medietas sit accusantis. Et nullus macellarius vel alia persona proiciat sanguinem vel viscera animalium vel ipsa animalia mortua vel aliam turpitudinem, in aliqua platea vel via publica, sub pena .xl. solidorum prov. nisi in flumen ut supra dictum est proiciat, quo casu ad penam non teneatur, et quod de predictis quilibet possit accusare, et medietatem [habeat] huius pene predicte.